IANITRIX
siue
INSTITVTIO AD PER-
fectam linguæ Gallicæ
cognitionem ac-
quirendam.

Authore PETRO MORLETO
GALLO.

Angustas alij curent aperire feneſtras,
En aperit patulas Ianua Lata fores.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Oxoniæ excudebat Ioſephus Barneſius. 1596.

ORNATISSIMO ATQVE GENEROSISSIMO VIRO, D. ROBERTO BEALO, *Sereniſſimæ Reginæ á ſecretis in conſilio.*

S.

SI quid eſt in me facultatis (vir ornatiſſime, mihiq; multis nominibus obſeruande) vel puerili educatione inſitæ, vel continua exercitatione acquiſitæ, eorum ſtudia promouendi, qui vel locupletandi judicij, vel acuendi ingenij gratia, variarum linguarum cognitionem deſiderant: Illud ipſum quãtulumcunq; eſt, quod certè perexiguum eſt, tibi tuoq; nomini (idq; tuo iure) totum conſecrandum

ſtatui. Nam quotieſcunq; mecũ repeto (repeto autẽ quàm ſæpiſſimè, & cum pluribus ſemper gratijs, ſi accedere poſſint aliquæ ad eas quæ antea fuerunt maximæ) quàm humaniter me acceperis, aduenã in fauorẽ, peregrinũ in patrocinĩũ, alũnũ in familiã, deniq; quòd filio tuo FRANCISCO tibi chariſſimo, optimæq; ſpei adoleſcẽti, quem Reſp. hæc Anglicana onerat expectatione, honorat admiratione indolis, me præceptorẽ adhibueris, quo maius teſtimoniũ animi erga me tui rogari nequit, dari non poteſt. Hæc (inquã) mecũ recolligens, dici non poteſt, quanto deſiderio tenear, teſtificãdi meũ erga te animum, aliquo laborũ meorum teſtimonio. Verùm cum nihil ſuperſit quod ſatis placeat, nec quicquam

quam placeat, quod mihi superſit, niſi vna hæc Ianitrix, quæ tibi officioſa animi mei deſideria, & alijs tuâ gratiâ occluſas linguæ Gallicæ obſcuritates patefaciat: Hanc tibi mitto & cõmitto, humiliter obteſtãs, vt eã qua ſoles facilitate in tuã clientelã velis recipere. Quod ſi facere digneris, mutuum dabitur teſtimonium, mei erga te animi, à quo proficiſcitur; tui erga me fauoris à quo protegitur. Hoc autẽ te facturum confidentius ſpero, quod peregrinis omnibus ita faueas, qui ipſe peregrinus apud multos fueris; quodq; linguarum ſtudia ita foueas, qui ipſe linguarum cognitione ita flores, vt vel nemo te in hiſce ſuperet, vel admodum pauci ad eum huj⁹ laudis gradum ſperare quidẽ poſſunt vt

aſpirent: hoc teſtatur Anglia, in qua natus, Gallia, in qua verſatus, Germania (vt cæteras taceam) in qua honoratus ita fueris, vt multi te admirati ſint, qui te non viderint, multi cùm viderint, admirationem priorem, vt meritis tuis multò minorẽ, adauxerunt: inter quos, non infimo loco ponendus eſt vir multiplicis eruditionis ſupellectile mirè inſtructus D. DAVID CHYTRÆVS, admirator potius dicã an amator, neſcio, tuarum virtutũ; cujus literis cõmẽdatitijs, in tuũ acceptº ſum fauorẽ; quo beneficio nullũ recordor lætiùs, nullũ agnoſco libentiº. Verùm ſi ad cætera tui fauoris teſtimonia hoc vnum accedat, nempè vt huic meæ Ianitrici dederis patrocinium, animumq; acceperis tibi deuotiſſimum;

tissimum; habebis me, etsi in cæteris gratissimum, in hoc tamen vno præ cæteris, gratiorem. Vale Musarum decus. Datum Oxonij, ex Aula Lateportensi. Decimoquinto die Cal. Martij. Anno salutis nostræ 1596.

Tui obseruantiss.

Petrus Morletus
Alteuillanus.

Petrus Morletus
Altevillanus.

Ad lectorem.

Marte vel arte tua terræ lustrare per oras
oraq́ Gallorum docta videre cupis?
Hac duce carpe viam, gazas hæc Ianua pandit
eloquij Galli pervia, lauta, breuis.
Consuluit nobis, non nobis natus, opesq́
quô nos ditaret, transuehit indè suas.
Morletū *redama, petit hoc, spolia ãpla laboris*
se retulisse putat, quid dabis ipse minus?

Aliud.

Comprime tu linguã, sic plurima dãna repelles.
comprime tu linguam, sic bene Gallus eris.

M. Iohannes Rice.

Τῷ τῆς εἰσαγωγῆς ἀντιποιουμένῳ
ἑκτάστιχος.

Στοχεῖα βραχέως παντοῖ, ἐκμάνθανε μηστῶ
Ἀλλογενοῦς: καὶ φαιδρῶς μάλλάνυ ῥῆμα τεκούσης.
Μητέρι παῖδα μετ' ἀνδρῶν ἔλπις πότνιον εἶναι:
Ἥδε σοὶ ἀκμὴν, κἄνπερ νήπιος, εὐθὺ δίδωσι.
Νῦν δ' ἔτι εὖ σὲ ἐρῷ Μορληθ'; ὅλον ἔργον ἔπαινος:
Φειδομένως ἄρ' ἐγὼ, τόδ' ἅλις βίβλος μὲν ἐέρδει.

Δίστιχος.

Γείτον' ἔχων τίς δ' ἔσθλον, Χαῖρε ῥάως ἀπολάυει:
Ἐντέ δέλτῳ δύο γείτονες, εἷς ἑνί ἔλλεγε Χαῖρε.

M. Iohannes Willoughby.

Ad inuidum, ne promeritas Authoris laudes supprimat:

Inuide quid grũnis? tumido quid pectore mergis
Nec prodire sinis, quas dat mens conscia laudes?
Nõne vides tumidas vt tẽpserit aquoris vndas,
Neptuni faciem rugosàm, iramq́, minasq́,
Atq́ focos natalitios, patriosq́ penates,
Clauiger ingenijs reseraret vt ostia nostris,
Carpere quèis liceat quos dat sua Gallia flores?
Inuide, si nequeas non inuidus omnibus esse,
Omnibus inuideas, vt sint laudando priores,
Sic magé lauàeris, quò tu magis inuidus esses.

I. S.

Ad lectorem.

Quid Morletanos cantet mea Musa labores?
Non opus Alcinoi vendere poma mihi.
Præcones laudent vt Laletana bibantur.
Non poscunt hederam Mascica vina meã.
Eruta cornicum sunt lumina cæca priorum.
I nunc, cude tuos, Gallica turba libros,
Nè toga saponi desit, piperiuè cucullus:
Nec careat dapibus blatta misella suis.

Iohannes Leeus.

In

In Petri Morleti Ianitricem *Hexasticon.*

Condita si Francæ discès idiomata linguæ,
Trans mare non opus est currere, disce domi.
Morletus contraxit iter, breuis est via facta,
Ianua clausa priùs, nunc reserata patet.
Si pulses intrare licet, sine munere pandit
Ianitor, hoc tantum poscit vt hæc placeant.

Robertus Rous.

In Petri Morleti *Ianitricem.*

Anglũ Gallus amat? Gallũ sic Anglus amabit,
Dum capit hic dulces quas dedit ille dapes.
Quas dedit ille dapes? facundæ pabula linguæ,
Pabula quæ tacito dilituere sinu.
Grates redde suo dignas φιλογλωσσε labori,
Hæc meritò pulchrum pramia poscit opus.

Richardus Rous.

In P. Morl. Ianitricem ad Lectorem *Hexasticon.*

Gallica iam docuit facilis præcepta magister,
Celtica lingua placet? celtica lingua patet.
Nunc labirynthæos possis euadere flexus,
Fila tibi incerto Cnossia virgo dabit.
Gratus ades lector? tibi tanua lata patebit,
Nam gaudet gratis, hæc aperire fores.

Franciscus Rous.

Εἰς τὴν τοῦ Πέτρου Μορλήτου Γραμματικὴν ἐγκωμιαστικόν

Πολλά σοι ὅς γλώττην ἐξασκεῖς πατρίδα πατρὶς
Παντὰ δὲ Βρουτιγενῶν γῆ σοὶ Μόρλητος ὀφείλει,
Ὅς δῶρον γλυκερᾶς αὐδῆς ἡμῖν προσένεικας,
Δῶρον ἐν ᾧ ἤν τις σμικρὸν θῆται πόνον, αὐτὸν
Ἐκ γλώττης οὐδείς ἀποφήσει κελτικὸν εἶναι.

Richardus Morus.

De Petro Morleto Gallo.

Epigramma.

Æneas qualis, talis Morletus, in omni
(Ledei vt gemini) munere, sorte pares.
Nobilis Æneas, Morletus nobilis ortu,
Ille satus claro sanguine, & iste satus.
Deserit Æneas, Morletus deserit arma,
Ille suam patriam liquit, & iste suam.
Sentijt Æneas, Morletus sentijt vndas,
Ille maris rabiem spreuit, & iste maris.
Ilium in Italiam primus dux intulit ille,
Galliam in Oxoniam primus & iste tulit.
Æneas qualis, talis Morletus; at vna
Hac non sunt (gemini cætera) sorte pares;
Nobilis Æneam celebrauit Musa Maronis,
Morletum nullus quit celebrare Maro.

In

In eiusdem P. Morleti Ianitricem *Dialogismus.*

Ianitrix. Φιλόγλωσσος.

Ostia quis pulsat? φιλόγλωσσος: qd petis? intrẽ.
Fers aliquid? grates: En ianua panditur, intra.

Carolus Fitzgeofridus.

In Petri Morleti Ianitricem.

Æthereas reserare fores contingere Papæ
Caluorum dicit spurcida turba patrum,
Gallorum reserare fores idiomatis ecce
Petro contingit, quis magis ergo placet?
Munera Papa petit, Petrus sine munere pandit:
Quis placet ergo putas hicce vel ille magis.

Diag. Vuh.

De Petro Morleto.

Morletus patrios polit penates,
Morletus dociles polit Britannos,
Morletus quoq; Teutones adornat,
Qui doctis bonus instruit libellis
Gallos, Brutigenasq;, Teutonesq;:
Ergò (vt par meritò pari rependant)
Morletum patrij colant penates
Morletum dociles colant Britanni,
Morletum quoq; Teutones honorent.

Errata.

Pag. 2. lin. 2. illud illud, vnum dele p 6. l. 3. deriuantibus, lege deriuatis. p. 8. l. 11. vocalis, lege consonans. p. 23. l. 14 præponitur, lege præponuntur. p. 31. l. 21. 31. lege 27. p. 40. l. 7. ieux, lege iceux. ibidem l. 17. l'orgilleux, lege l'orgueilleux. p. 44. l. 24 adde præsens. p. 86. lineam 9. sic lege, eiusdem verbi, & per futurum verbi substantiui sum, &c.

DE LITERIS

INSTITVTIO GALLICÆ LINGVÆ DE VERA PRONVNTIATIONE Literarum.

QVONIAM (amice lector) omnis ferè huius linguæ Gallicæ difficultas in vera & genuina pronunciandi ratione consistit: in qua etiam tyrones diutius sunt instruendi, vt postquam fundamentum fideliter iecerint, ipsa structura consistere queat: operæ pretium esse censui, breuiter eam, quam alij nimis prolixè tractare solent, in capite huius libelli ab ipsis literis exordiri, deindè omnes orationum partes (Deo adiuuante) ordinè subiungere.

DE LITERIS.

Tot sunt literæ apud Gallos, quot sunt apud Latinos, nisi quod Galli literam k, non habeant, verùm eius loco ponunt qu, vt que, quod sonat ac si Anglicè diceres, ke.

Sunt autem literæ A b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z. quarum pronuntiationem breuiter exponam.

DE VOCALIBVS.

Vocales sunt a e i o u & y, quod vocamus y grec, quasi y græcum, verùm in pronuntiatione nihil differt à vocali i.

A

1 *A, pleno & aperto gutture effertur, non aliter quàm Angli illud illud ſonãt ante l, in his verbis,* ſhall, talke.

2 *Si cum* a, *ante* m, *vel* n, *vocalis* i, *iungatur, tunc effertur vt* ein, *vt* faim, main: *fames manus.*

3 Au, *verò effertur vt* O *longum, vt* pauure, cauſe; *pauper cauſa.*

E

E eſt duplex { *longum* é / *&* / *breue* e.

1 *Longum* è (*quod multi maſculinum appellant, perperam tamen, quoniam ſepiſſimè etiam in genere fœminino illud reperitur, vt in his dictionibus* aimèe, maieſtè *facile videre eſt*) *plenam reddit vocem, effertur q; quemadmodum Latini* e, *in* me, te, ſe *proferunt,* dignité honeſtetè; *dignitas, honeſtas.*

2 *Breue,* e *quod alij* e, *fœmininum nuncupant, ſicut &* è *maſculinum, vtrumq; falſo tamen, videmus enim illud reperiri in multis dictionibus, quæ maſculini generis ſunt, vt in* Ange, diable) *ſemimutum eſt, ideo quod vix in fine dictionis audiatur, vt* ame, fame; *anima, fama.*

3 *Notandum eſt* è, *longum præcedentem ſuam ſyllabam corripere;* e *breue verò producere, vt* verité, pieté; *veritas, pietas; in quibus penultima*

brevis

brevis eſt, propter ſequens è *longum. Item,* pere, mere; *pater, mater; quæ penultimam longam habent, propter* e *breue finale.*

E *ante* m *&* n, *induit naturam vocalis* a, *ſi* e *cum* m *vel* n *in vna iungatur ſyllaba, vt,* commencement, entendement; *initium, intellectus; hîc* e, *in priori exemplo ante* n *poſitum, pronunciandum eſt vt* a, *quia coniungitur cum* n; *ſecundum verò* e, *propriam retinet naturam quandoquidem etiamſi præcedat* m, *non tamen coniungitur cum* m. 4

Excipe ea quæ vocalem i *ante* e *poſitam habent, vt,* mien, rien; *meus, nihil. Tria verò ab exceptione excipiuntur,* ſcience, orient, expedient; *in quibus* e *vt* a *legitur, licet præcedat vocalis* i. 1

Ei *ante* l m *vel* n, *vt* è *longum ſonat, vt,* orgueil, peine, veine; *ſuperbia, pœna, vena.* 5

I

I *ante vocalem, conſonantis vicem gerit, ſi modo non connectatur cum litera præcedenti, quemadmodum & apud Latinos, vt* iuge, iuſtice; *iudex, iuſtitia.* 1

Angli notabunt Gallicum i *legi quemadmodum* ee, in beer; *apis.* 2

O

O, *iũctũ cũ vocali* i, *difficulter a tyronib⁹ pnũciatur, itaq; notabũt Angli illud pronunciari veluti* oy *in* boy, *vt* roy, loy; *rex, lex.* 1

Ou *æquipollet Germanico* ū *& Græco* υ, *vt* trou, clou, coucou, *foramen, clavus, cucullus.*

V

V *simplicem ſonum edit, clauſisq; labijs effertur, non ſicuti Angli ſuum proferunt u, illud enim efferunt, ac ſi dicerent* pou, *verùm animadvertant quomodo illud ſonent in* lute, *ſic etiam* u, *Gallicum proferendum eſſe, vt,* murmurer, publier; *murmurare, publicare. Hactenus de vocalibus.*

DE CONSONANTIBVS.

C *ante* i *vel* e, *item cum duplicatur hoc modo* ç, *non aliter quàm* ſ *pronunciatur, vt,* ceci, ſçauant, garçon; *hoc, eruditus, puer. Verùm ante* a, *vel* o, *vt* qu *legitur, vt,* cacher, courre *vel* courir, *abſcondere, currere.*

C *ſequente aſpiratione* h *vt Anglicum* ſh *& Germanicum* (ſch) *effertur, vt* chançon, chemin, *cantio, via. Excipe quæ a Latinis proflauant, item nomina propria, vt* Chriſt, chreſtien, chorde, cholere; *Chriſtus, Chriſtianus, corda cholera.*

D

D *finale, rarò effertur, cùm verò effertur naturam* t, *ſibi aſſumit, præſertim ſi ſequens dictio à vocali incipiat.*

Nonnun-

Nonnunquam etiam in initio dictionis eliditur præsertim si præcedat a, *vt* aduancer, aduantage; *promouere, superfluum.* 2

G

G *ante* e *&* i *induit naturã cõsonãtis* i, *vt* gemir, giron; *gemere, gremiũ. Ante* a *verò* o *&* u, *vt Græc.* γ *legitur, vt,* garçon, gorge guerre; *puer, gula, bellum.* 1

Notandum u, *post* g *positum silere, nisi in iis quæ à Latinis deriuantur, vt* guarir, guerdon; *sanare, præmium. Item* ambiguité *ambiguitas. legitur & in nominibus propriis, vt, in* Guise, Guillan. 2

H

H *in principio dictionis, si illud deriuetur à Latinis, silet; vt* homme, honneur; *homo, honor; in reliquis verò effertur, vt* hault, haubert; *altus, lorica.* 1

L

L *ante quamuis consonantem (excepto* c*) elidi-tur, vt,* faulte, haulte; *culpa, alta.* 1

Notandum l *finale a nonnullis efferri sicuti vocalis* u, *præsertim verò si vocalis* o *præcedat, vt* sol, fol, *& in plurali* solz, folz, *quæ leguntur ac si sic scripta essent,* sou, fou, *pluralis* sous, fous, *solidus, stultus dicimus tamen* vn escu sol, *aureus solatus &* dol, *dolum.* 2

Item quotiescunq; l geminatur, postremum l, vt i *legitur, præsertim in verbis, & ab ipsis derivantibus, vt*, caille, tailler, batailler, bataille; *coturnix, scindere, sectus, pugnare, pugna.*

M

M *finale, item ante quamlibet consonantem mutatur in* n, *vt* compte, temps, faim; *ratio, tempus, fames; quæ sic leguntur*, conte, tans, fain.

N

N *inter* e *&* t *positum, in verbis pluralibus tertiæ personæ silet, sicq; fit, vt* e, *propriam suam naturam retineat, licet sequatur* n, *contra quam supra docui in litera* e; *illud enim* n, *non effertur, vt* ilz aiment, ilz aimoient; *illi amant, illi amabant; legimus enim* is aimet, is aimoyet.

Notandum; n, *finale, item in medio dictionis sæpius rotundum habere sonum, quod sonat ac si statim subsequeretur* g, *semimutum, vt* vn, pain, content; *unus, panis, contentus; ac si diceres* vng, paing congtent; *quod illud* g *penè in palato supprimatur.*

P

P *finale item ante consonantem elidtur, vt* temps, loup; *tempus, lupus*; *Excipe* trop, *nimis.*

Q

Q

Q, *cui litera ſi iungatur vocalis* u, *legitur vt* k, *Anglicum, quemadmodum ſupra iam docui, pag.* 1. 1

R

R *ſuam ſemper & vbiq; naturam retinet, neq; enim tranſmutatur neq; eliditur.* 1

S

S, *licet de hac litera (cum ſit ἄσημον) quicquam certi ſtatuere nequeam, eam tamen ſapiſſimè ante conſonantem non exprimendam eſſe cenſeo, niſi in ijs quæ à Latinis exordium petunt: Verùm non ſemper accidit, regulam enim generalem de hac litera neminem tradidiſſe neq; vnquam traditurum fore, pro certo affirmare audeo: Idcircò vſu & exercitatione, vbi vel quando legenda vel non legenda ſit, huius Gallici idiomatis ſtudioſus facilè aſſequetur. Verùm hoc non prætermittendum eſt, illam ſemper in fine dictionis, ſi ſubſequens dictio incipiat à conſonante, elidi, niſi aliquod ſignum diſtinctionis interponatur, vt,* Allons tous deux enſemble, *eamus vnà.* 1

T

1 T *finale, si sequatur vocalis in sequẽti dictione, eliditur, vt,* l'Esprit de Dieu; *spiritus Dei, hic* t, *non legitur, ideò quod statim in eodem contextu sequitur consonans. Excipe monosyllaba vt* guet, pet; *vigilia, crepitus. Item coniunctionem* &, *cuius* t, *nunquam effertur, licet sequatur vocalis.*

2 *Hoc Anglis obseruãdum est,* h, *immediatè post* t, *positum nunquam à Gallis aspirari, quemadmodum in* (thou) *quod difficulter ab extraneis pronunciatur, nisi diu se in eo exercuerint.*

X & Z

X & Z *amborum in fine dictionis vt* s, *sonãt, vt,* paix, fraix; *pax, recens. Excipe ea quæ à Latinis ortum trahunt, vt,* excuſer, expoſer; *excusare, exponere.*

Hæc tibi (candide lector) de vera & genuina pronunciandi ratione dicta sufficient, quam, vt perfectè eam possis assequi, satis perspicuè â me tractatam esse arbitror. Forsitan obijciet aliquis, multas passim nobis obuias fieri dictiones, quæ cum præcedentibus regulis minimè conueniant, & sic aut falsas oportet esse regulas, aut numerum earum non absolutum. Inficias non eo multa imò etiam infinita vocabula inueniri

posse

posse quæ ab observationibus, quas supra tradidi, discentire videntur; verùm si diligentius attendamus, inueniemus ea in præcedentibus paginis dilucidè satis explicari; reliqua verò quæ non explicantur (quæ rarissima sunt) vsus & assidua lectio suppeditabunt. Iam nos ad partes orationum accingemus, easq; omnes in minutissimum quasi fasciculum, colligemus.

DE NOMINE.

NOminis definitionem neminem esse qui ignoret satis scio: itaq; vt minutissima hæc relinquam, ea breuiter, quæ cognitu, huius linguæ Gallicæ addiscendæ flagrantibus desiderio, maximè necessaria visa sunt ostendam.

Est ergò Nomen apud Gallos (sicut & apud Latinos) duplex. Proprium scilicet & Appellatiuum. Appellatiuum rursus duplex, substantiuum & adiectiuum.

DE GENERIBVS.

Duo tantùm Genera habent Galli, masculinum scilicet & fœmininum, neutro carent. Verùm de generibus postea suo loco.

DE NVMERIS.

Duo sunt Numeri apud Gallos, quemadmodũ & apud Latinos: singularis scilicet & pluralis. Pluralis semper fit a suo singulari,

addendo literam ſ, *vt* le liure, *liber.* les liures; *libri.*

2 *Sunt etiam nomina quædam Gallica, quæ apud Latinos in* oſus, *exeunt, itemq; alia, quæ tám in ſingulari quàm in plurali* ſ, *habent, ſic vt non dignoſci queant, niſi ex articulis ſolummodò, vt,* le curieux; *curioſus.* les curieux; *curioſi. Item* le bras, *brachium.* les bras; *brachia.*

3 *Nomina quæ in ſingulari deſinunt in* l, *faciunt ſuum pluralem, præponendo illi* l, *vocalem* u, *& poſtponendo literam* x, *vt* l'animal; *animal.* les animaulx; *animalia.* l'œil *oculus*; les yeulx; *oculi.* le ciel; *cœlum.* les cieulx; *cœli.* le vieil; *vetus.* les vieulx; *veteres.*

DE DECLINATIONIBVS

Galli nullas habent declinationes, ſed articulis tantùm cognoſcuntur nomina. Verùm tot habent caſus quot ſunt apud Latinos: at vt brevitati ſtudeamus, tres ſolummodo caſus annotabimus, ſic Accuſatiuum ſimilem faciemus (tàm in ſingulari quàm in plurali numero) Nominatiuo. Vocatiuum per aduerbium vocandi ô *ſemper proferemus. Ablatiuum verò vtriuſq; numeri Genitiuo aſſimilabimus.*

Ante-

Antequam verò vlterius progrediemur, consultum fore visum fuit, vt prius articulos, deinde eorum declinationes traderem.

DE ARTICVLIS.

Quatuor sunt Articuli apud Gallos. Primus est nominum appellatiuorum masculini generis à consonante incipientium. Secundus est nominum appellatiuorum fœminini generis, à consonante quoq; incipientium. Tertius est nominum appellativorum, vtriusl; sexus, à vocali incipientium. Quartus articulus est nominum propriorum, & pronominum demonstratiuorum nec non possessiuorum absolutorum.

Articuli primi exemplum.

Sin.	Nom. le pere.		Plur.	N. les peres.
	Gen. du pere.			G. des peres.
	Dat. au pere.			D. aux peres.

Articuli secundi exemplum.

Sin.	N. la mere.		P.	N. les meres.
	G. de la mere			G. des meres.
	D. à la mere.			D. aux meres.

Articuli tertij exemplum.

Sin.	N. l'hõme.		P.	N. les hõmes.
	G. de l'hõme			G. des hõmes,
	D. à l'hõme.			D. aux hõmes.

Articu-

Articuli quarti exemplum.

Singul. { Nom. François / Gen. de François / Dat. à François } *nomina ppria (vti apud Latinos) pl. carẽt.*

Pluralis vnicam tantùm habet terminationẽ, quæ vtrunq; genus complectitur. Hos autem articulos nisi quis ad vnguem didicerit, non potest nisi malos in hac lingua Gallica progressu facere; sunt enim instar fulcimentorum, quæ totum sustinent ædificium, ne corruat: omnia enim nomina & pronomina per illos declinantur.

DE APOSTROPHIS.

1 *Apostrophus fit per elisionem vltimæ vocalis propter subsequentem vocalem, coniungit q; illas dictiones, vt* l'ange, l'enfant; *angelus, infans; pro* le ange, le enfant.

2 *Apostropus nusquam reperitur, præterquam in articulo nominum vtriusq; sexus, à vocalis incipientium & vocabulo* m'amie *mea amica pro* maamie. *Item in pronominibus demonstratiuis* me, te, se, *& relatiuis* que, qui, *& in coniunctione* si, *in quibus omnibus vltima vocalis elidi tur, si sequens dictio incipiat à vocali.*

3 *Notandum* e *breue finale, si sequens dictio incipiat*

plat à vocali, quasi per apostrophen elidi, vbi amba dictiones sic coniungũtur, ac si vnica tantum esset dictio, vt, elle a estè bien instruite; illa benè fuit edocta.

Item mon frere ira auec vous: *frater meus ibit tecum*: *legimus enim* ellat estè bien instruite mon frerira tauec vous *&c.*

Caterùm, cùm duo a, *concurrunt, quorum* 4
vnum dictionem absolvit, alterum verò sequentem dictionem incipit, leguntur, ac si interponeretur litera t, *vt* Mon frete ira à la guer re. *Item si loco secundæ vocalis* a, *ponatur* e, *vt* il a estè à la guerre, *fuit in bello, ita solet ac si diceres*, il a testè à la guerre; *quod fit vt euitetur hiatus duarum vocalium concurrentium, quod euphoniam parit.*

DE GRADIBVS COMPARATIONIS.

Gallorum gradus cõparationis sunt tres, quemadmodum & apud Latinos: Positiuus scilicet Comparatiuus & superlatiuus.

Positiuus est nomen aliquod, per se sine alterius auxilio existens, quod non patitur articulum vel particulam aliquam sibi coniungi.

vt,

vt, docte, beau, *doctus pulcher. Comparationem admittunt & Aduerbia qualitatis in* ment, *desinentia, vt*, iuſtement, bellement, *iuſtè, pulchrè.*

Comparatiuus verò fit à ſuo poſitiuo, præpoſita illi particula plus, *vt*, docte, plus docte: beau, plus beau: *doctus, doctior; pulcher, pulchrior.*

Item aduerbia, iuſtement, plus iuſtement; bellement, plus bellement; *iuſtè, iuſtius; pulchrè, pulchrius.*

1 *Superlatiuus quoq́, fit à ſuo poſitiuo præpoſita illi particula* tres, *vt*,
docte, plus docte, treſdocte.
beau, plus beau, tresbeau.
iuſtement, plus iuſtement, tresiuſtement.
bellement, plus bellement tresbellement.
doctus, doctior, doctiſſimus.
pulcher, pulchrior, pulcherrimus.
iuſtè, iuſtius, iuſtiſſimé.
pulchrè, pulchrius, pulcherrimè.

2 *Hoc modo omnia nomina, itemq́, aduerbia qualitatis, quæ apud Latinos comparationem admittunt, comparabis.*

Excipe tria iſta irregularia, quæ comparatiuum à Latinis irregularibus ducunt.

Bonus. Bon, meilleur, tresbon.
& in fœmmino,
Bonne,

bonne, meilleure, tresbonne.
Mauuais, pire, treſmauuais. Malus.
& in fœminino,
mauuaiſe, pire, treſmauuaiſe.
Petit moindre & plus petit, treſpetit. Parui.
& in fœminino,
petite, moindre & plus petite, trespetite.
Item adverbia qualitatis à nominibus irregularibus deſcendentia, qualia ſunt.
Bien, mieulx, tresbien.
Mal, pire, treſmal. Benè. Malè.

Comparationem admitunt, & propoſitiones eæ, quæ apud Latinos comparantur: Verùm illam in comparatiuo tantùm, quoniàm ſuperlatiuus in vſu non eſt, quamuis ſæpius illo vtamur, vt, pres, plus pres; *propè propius, at non* treſpres. Oultre, plus oultre; *vltrà vlterius, at non* treſoultre. 3

Quotieſcunq; vnam iſtarum vocum bien, beaucoup, trop, partrop, *comparatiuo præpoſitam inuenies, memineris illam comparationem augere, non ſecus ac longè & multò apud Latinos, vt,* ceſt enfant cy eſt beaucoup plus modeſte, que ceſtui là. *hic puer longè modeſtior eſt illo.* Voſtre vin eſt bien, *vel* beaucoup meilleur que le noſtre. 4

Vinum

Vinum vestrum multò melius est nostro.

5 *Nonnunquam etiam comparatiuo loco superlatiui vtuntur Galli; verùm quotiescunq; hoc fit, articulum eiusdē generis & numeri comparatiuo semper præponi muenies, vt*, Et toy Bethlehem, tu n'es pas la plus petite entre les princes de Iuda, car *&c. Et tu Bethlehem, nequaquam minima es inter principes Iuda &c. Item* cestuicy est le plus sage, d'entre tous; *hic inter omnes prudentissimus est.*

DE DIMINVTIVIS.

1 *Sunt & Diminitiua apud Gallos, quæ per has voces* au, in, et, *circumscribi solent, vt* Loup, louueteau; *Lupus, lupulus*, lourdault, lourdin, *rusticus, rusticulus*; iardin, iardinet; *hortus, hortulus.*

2 *Nonnunquam etiam cum adiectiuo* petit *circumloquuntur, vt* maison, petite maison & maisonnette; *ædes, ædula; item nomina propria vt* Iehan; *Iohannes* petit Iehan *&c.*

OBSERVATIONES *Nominum.*

Genera (vt supra pagina 9 docui) duo sunt apud Gallos, quæ cum Latinis sunt communia.

Nam

Nam quæ apud Latinos ſunt maſculina, ea quoq; apud Gallos maſculina ſunt; & quæ fœminina ſunt apud Latinos, ea etiam apud Gallos fœminina ſunt. vt, le pere, le liure; *hic pater, hic liber*; la mere, la terre; *hæc mater, hæc terra.* *Quæ verò neutra ſunt apud Latinos, ea ſunt maſculina apud Gallos, raro autem fœminina*, vt, le ciel, le temple; *hoc cœlum, hoc templum*; la teſte, *hoc caput.*

III

Maſculina ſunt nomina vt,
- *Arborũ* vt, le pommier, *pomus.* / le noyer, *nux.* / le figuier, *ficus.*
- *& Monetarum* vt, vn eſcu, *coronatus.* / vn ſol, *ſolidus.* / vn denier, *denarius.*

Excipe, vne maille, *obolus.*

III

Fœminina ſunt nomina vt,
- *Fructuum* vt, la pomme, *pomum.* / la noix, *nux.* / la figue, *ficus.*
- *& Regionum* vt, la France, *Gallia.* / la Suiſſe, *Heluetia.* / la Sauoye, *Sabaudia.*

IIII

Vrbium nomina, modo maſculina, modo fœminina ſunt, vt, Paris eſt grand, & Londres marchande; *magna eſt Lutetia, & Londinum ciuitas*

uitas mercatoria.

V

Nomina adiectiua masculini generis suum fœmininum faciunt, per additionẽ vocalis e, *quod* e, *si dempseris, remanebit tibi masculinum genus; idq; non solum in nominibus, verùm etiam in omnibus participijs, tàm actiuis, quàm passiuis. Vt* petit, *paruus,* petite; *parua.* grand *màgnus,* grande *magna;* faisant, *hic faciens;* faisante, *hæc faciens.* faict, *factus;* faicte, *facta. Excipe quædam nomina in* eau *desinentia, quæ suum fœmininum formant, mutando* eau *in* elle, *vt,* beau, belle. *pulcher, pulchra,* nouueau, nouuelle; *nouus, noua.*

VI

Sunt & nomina quædam adiectiua, quæ fœmininum masculino simile habent, quæ per articulos tantùm dignoscuntur, qualia sunt, le iuste, *iustus.* la iuste, *iusta.* le docte, *doctus.* la docte, *docta.*

VII

Quotiescunq; Galli partẽ rei alicuius denotãt, genitiuo, loco accusatiui vtuntur, vt, Ie vous prie donnez moy de la ceruoise & vous aurez de l'argent; *da mihi quæso cereuisiã & tu accipies pecuniam. Cùm verò rem totam vel integrã denotãt, accusatiuo vtũtur, vt,* Rẽdez moy les gages, & vous aures l'argent

que vous m'auiez prestè; *pignora redde mihi, & habebis pecunias quas mihi mutuò dedisti. Verùm vt tyrones huius linguæ Gallicæ hoc faciliùs percipere queant, ad oculos quasi demõstrabo. Sciant igitur, Gallos genitiuo casu vti, quotiescunq; Angli vel Germani articulũ (petendo vel significando aliquid) omittunt, vt,* Si vous me donnez du bon vin, vous aures de bon argent. *Anglicè* you shal haue good mony, if you giue me good wine. *Germanicè* So ihr mir gudt wein geben wert, so solt ihr gudt geldt haben. *Cùm verò accusatiuo vtuntur Galli, tunc Angli vel Germani arciculum recipiunt, vt,* Payez moy l'argent que vous me debuez, & vous aurez le vin que ie vous ay promis. *Anglicè,* Pay me the mony which you owe me, and you shall haue the wine which I promised you. *Germanicè,* Bezal mir das geldt, welches du mir shuldig bist, so soltdu den wein haben welchen ich dir verspzochen habe.

VIII

Quandocunq; Galli de piscibus, argento, carnibus, aut ligno mentionem faciunt, numero singulari loco pluralis vtuntur, vt, Donnez moy de l'argent pour m'acheter de la chair & du poisson, *da mihi pecunias ad emendũ pisces*

& carnes &c. Item le bois eſt en grand pris en ceſte ville: *ligna in magno pretio ſunt in hac ciuitate.*

IX

Gallicum idioma magnam cum Latinis habere affinitatem, qui inficias eat (ſi modo ſit rationis particeps) neminem eſſe arbitror. Obſeruent igitur huius linguæ ſtudioſi diligenter, ſubſequẽtes has regulas, quas, licet non ſint generales, rariſſimè tamen fallere reperi; quæ etiam ad capeſſendã huius linguæ Gallicæ notitiam magno erunt illis adiumento, ſi illas diligenter annotauerint.

A

Primò itaq; notandum eſt, nomina apud Latinos in a *deſinentia plerumq; fieri Gallica, mutato illud* a, *in* e, *breue, vt,* Muſe, terre, iuſte, digne; *muſa, terra, iuſta, digna.*

AS

Secundò, nomina quæ apud Latinos in as *exeunt, vt fiant Gallica, mutandum eſt illud* as, *in* è, *longum vt,* pietè, felicitè, firmitè, antiquitè; *pietas, fœlicitas, firmitas, antiquitas.*

IO

Tertiò, verbalia in io *terminantia plerunq; ſiunt Gallica, addita in fine litera* n, *vt,* cõgregation, election, ſeparation, ſalvation; *congregatio, electio, ſeparatio, ſaluatio.*

MEN-

MENTVM.

Quartò, nomina apud Latinos in mentum, *desinentia, vt fiant Gallica, reijcitur vltima syllaba* um, *vt*, Element, firmament, sacremẽt, iurement; *elementum, firmamentum, sacramentum, iuramentum.*

VS

Quintó nomina adiectiua in us, *apud Latinos finentia, vt ex illis fiant Gallica, mutatur illud* us *in* e *breue, vt*, digne, chaſte, modeſte, pure; *dignus, caſtus, purus; vel in fœminino digna, caſta, modeſta, pura.*

IOSVS

Sextò & vltimò, nomina apud Latinos in iosus *exeuntia, fient Gallica, mutando illud* iosus, *in* ieux, *vt*, ambitieux, curieux, odieux, ſpecieux; *ambitioſus, curioſus, odioſus, ſpecioſus.*

X

Iſtis vocibus, beaucoup, morceau *vel* morcel, piece, petit, peu, *ſemper poſtponitur hæc particula* de, *loco genitiui caſus, vt*, Il a beaucoup d'argent, mais bien peu de vertu; *multum habet argenti, virtutis verò parum. Item* Baillez moy vn morcel de pain & vn petit de fourmage: *da mihi quæſo fruſtrũ panis & modicum caſei.*

XI

In congerendis vocibus Galli ſemper ſubſtantiuum adiectiuo præponere ſolent, atq; ſic imitãtur ipſam naturam, quæ dat ſubſtantiam antequam intercedat accidens, vt, Pain blanc, vin rouge, *panis albus, vinum rubrum; non autem (more Anglorum & Germanorum)* blanc pain, rouge vin; *Excipe* bon, mauuais, petit, beau, *& alia quædam, quæ indifferenter ſuis ſubſtantiuis adhibentur, vt,* vne mauuaiſe femme, *vel* vne femme mauuaiſe *mulier mala. Item* vn bon homme, *vel* vn homme bon; *vir bonus: vtrumq; enim dicimus.*

XII

Poſtremò notandum eſt, Gallos ludos vel exercitationes omnes in datiuo caſu efferre, loco ablatiui, vt vous plaiſt il iouër aux des, aux cartes, au ieu de paulme? *Vobis ne placet aleis, cartis pictis, vel pila ludere?*

De nomine me iam ſatis dixiſſe puto; obſeruationes enim quæ cognitu neceſſariæ & requiſitæ videbantur breviter (vt ſupra pagina 9. pollicitus ſum) tradidi, quas ſi Gallicæ linguæ ſtudioſus diligenter obſeruauerit, non dubito quin magnos in hoc idiomate progreſſus facturus ſit: reliquas verò quæ hîc non tractantur (quæ tamen

men paucæ ſunt) vſus & aſſidua lectio ſuppeditabunt. Iam ſequentem orationis partem aggrediar, eamq; quàm potero breuiter, non temerè tamen percurram.

DE PRONOMINE.

PRonomina (ſicut & apud Latinos) declinationes, caſus, genera & numeros admittunt.

Pronomina autem, alia ſunt Demonſtratiua, vt, ie *vel* moy, tu, *vel* toy, ſoy, il *vel* luy *& in fœminino* elle, ce *&* ceſte celuy *&* celle. *Alia Poſſeſſiua, quæ ſunt duplicia; alia enim poſſeſſiuè & abſolutè, hoc eſt, cùm rei poſſeſſæ & expreſſæ præponuntur, accipiũtur, qualia ſunt* mõ tõn, ſon, *in maſculino &* ma, ta, ſa, *in femin. In plurali verò vtrunq; genus ſub vna terminatione comprehenditur, vt,* mes, tes, ſes, *Item* noſtre, *&* voſtre, *in plur.* noz, *&* voz, *quæ cũ articulo nominũ propriorũ in vtroq; numero declinãtur, vt poſtea patebit. alia verò relatiuè, id eſt, cùm rei poſſeſſæ poſtponũtur, & ſine expreſſo nomine ſubſtãtiuo, accipiũtur, qualia ſunt* miẽ, tiẽ, ſiẽ, *in maſculino &* miene, tiene, ſiene; *in fœm. In plur. verò vtrũq; genus literam* s, *ſibi aſſumit, itẽ* noſtre, *&* voſtre *in plur.* noſtres *&* voſtres, *quæ cum articulo nominum appellatiuorum per omnes caſus declinantur.*

Alia Relatiua, vt, qui, que, en, y, *& eorũ cõpoſita, in quorum numerum iure recipi poſſunt hi duo articuli,* le, *&* la, *quæ ſæpiſſimè relationẽ denotant, vt infra ſuo loco patebit.*

Alia ſunt Gentilia, quæ licet expreſſe nõ terminantur, tamen ea circumſcribunt Galli per noſtre, voſtre, quel *& articulum genitiui* de, *vt ſi interroges,* de quel païs eſtez vous? *cuias es? reſpondebit alter,* ie ſuis de voſtre païs; *ego ſum veſtras. Item* eſtez vous de noſtre païs? *esne noſtras?*

Antequam verò ad declinationes horum pronominum perueniamus, hoc notatu dignum obiter occurrit, pronomina demõſtratiua, item poſſeſſiua abſolutè accepta, nec non hæc relatiua qui iceluy *&* icelle, *cum articulo nominum propriorum ſemper declinari; Poſſeſſiua verò relatiuè accepta, item hæc duo relatiua* lequel, *&* laquelle, *cum articulo nominum appellatiuorum. reliqua verò pronomina omnia eſſe indeclinabilia.*

DECLINATIO PRONOMINVM DEMONſtrativorum.

Ego.

Sing.	Nom. ie *vel* moy.	P.	N. nous.
	Gen. de moy.		G. de nous.
	Dat. à moy.		D. à nous.

Tu.

Tu.

Sing.	Nom. tu *vel* toy.	P.	N. vous.
	Gen. de toy.		G. de vous
	Dat. à toy.		D. à vous.

Sui.

Sing.	Nom. caret.	P.	N. caret,
	Gen. de soy		Gen. de soy.
	Dat. à soy.		Dat. à soy.

Dicimus etiam in accusatiuo me, te, se, *pro* moy, toy, soy; *verùm quando & quare sic dicamus in sequentibus paginis perspicuè satis (Deo dante) demonstrabo.*

Ille *vel* ipse.

Sin.	N. il *vel* luy.	P.	N. ilz. *vel* eulz.
	G. de luy.		G. d'eulz.
	D. à luy.		D. à eulz.

Illa *vel* ipsa.

Sing.	Nom. elle.	P.	N. elles.
	Gen. d'elle		G. d'elles.
	Dat. à elle.		D. à elles.

Dicimus etiam in plurali leur, de leur, à leur, *vel* leurs, de leurs, à leurs, *in vtroq; genere, vt* illeur a faict grand tort; *magna illos affecit iniuria. Item* ie leur rendray leur argent; *reddam illis ſuas pecunias.*

Iſte *vel* hic

S. { N. ce. / G. de ce. / D. à ce. } P. { N. cés *vel* ceux. / G. de ces *vel* de ceux. / D. á ces *vel* à ceux,

Dicimus etiam in ſingul. numero ceſt, de ceſt, à ceſt, *id q; fit, cùm ſequens dictio incipit à vocali: ce verò cùm ſequens dictio incipit à conſonante, vt,* ceſt ange, ceſt enfant: ce cõpagnõ, ce garſõ; *hic angelus, hic infans: hic ſoci⁹, hic puer.*

Iſta *vel* hæc

S. { N. ceſte. / G. de ceſte. / D. à ceſte. } P. { N. ceſtes *vel* ces. / G. de ceſtes *v.* de ces / D. à ceſtes *vel* à ces.

Is *vel* iſte.

Sing. { N. celuy. / G. de celuy. / D. à celuy. } P. { N. ceulx. / G. de celuy. / D. à ceulx.

Ea *vel* iſta.

Sing. { N. celle. / G. de celle. / D. à celle. } P. { N. celles. / G. de celles. / D. à celles,

Hæc

Hæc pronomina is *uel* iſte, *& in fœminino* ea *vel* iſta, *aliquando componuntur, cum adverbiis locum denotantibus, videlicet cum* cy, *quæ particula propinquitatem ſignificat, ſicut hic apud Latinos, item cum particula* là, *quæ diſtãtiam ſignificat, ſicut ibî, apud Latinos. Hæc autem pronomina compoſita ſic declinantur.*

Pronomina compoſita is, *vel* iſte *propinquitatem denotantia.*

S.	N. ceſtuy-ci.	P.	N. ceux-ci.
	G. de ceſtuy-ci.		G. de ceux-ci.
	D. à ceſtuy-ci		D. à ceux-ci,

Pronomina compoſita is, *vel* iſte, *diſtantiam denotantia.*

S.	N. celuy-là.	P.	N. ceulx-là.
	G. de celuy-là.		G. de ceulx-lá
	D. à celuy-là.		D. á ceulx-là.

Pronomina compoſita ea, *&* iſta, *propinquitatem denotantia.*

S.	N. ceſte-ci.	P.	N. ceſtes-ci.
	G. de ceſte-ci-		G. de ceſtes-ci.
	D. á ceſte-ci.		D. à ceſtes-ci.

Pronomina compoſita ea, *&* iſta, *diſtantiam denotantia.*

S.	N. celle-lá.	P.	N. celles-lá.
	G. de celle-là.		G. de celles-lá
	D. à celle-là.		D. à celles-la,

Verùm de his pronominibus compoſitis, hîc in obſeruationibus pronominum demonſtratiuorũ plura dicemus.

OBSERVATIONES PRONOMINVM DEMONſtratiuorum.

I

Quodlibet nomen, quod ante ſe pronomen præpoſitum habet, proprium ſuum articulum reijcit, vt ce garſon, ceſte fille; *hic puer, hæc puella; non autem* ce le garſon, ceſte la fille. *Sic quotieſcunq; articulus præcedit, pronomen reijcitur, cùm verò pronomen præcedit, articulus reijcitur, ita vt ſeſe ſimul non compatiantur.*

II

Pronomina ego, tu & ille, dupliciter apud Gallos efferuntur. Primò per ie, tu & il, *in plurali* ilz. *Secundò per* moy, toy, & luy, *in plurali* eulx: *duplici quoq; munere funguntur, licet ſignificatione minimè differant, quemadmodum in eorum declinatione videre eſt. Nam*

ie,

ie, tu & il *in plurali* ilz, *nunquam efferuntur, nisi verbis suis expressis iungantur, quæ significando verba præcedunt, interrogando verò sequuntur. vt*, ie suis, tu es, il est, *in plurali* ilz sont; *sum es, est; sunt, non autem* moy suis, toy es, luy est; eulx sont. *Item in interrogatione:* Que feray ie? *quid ego faciam?* Que dis tu? *quid tu ais?* Que faict il? *quid ille facit? in plurali*, Que disent ilz? *quid illi aiunt?* moy, toy, luy, *verò & pluralis* eulx *efferuntur, quotiescunq; non præcedunt verbum, vel pronominatiuo illi inseruiunt; item cùm per se ponuntur, vt si quis interrogare velit: hoc modo*, Qui parle? *quis loquitur? respondebis simpliciter* moy, toy, luy *& in plurali* eulx. *non autem* ie, tu, il *vel* ilz. *Dicimus tamen cum tertia persona verbi substantiui sum, nec non verbi habeo, & pronomine* ce, c'est moy, c'est toy, c'est luy, *in plurali* ce sont eulx; *ego sum, tu es, ille est, plur. illi sunt. Item* ce a faict moy, ce a faict toy, ce a faict luy, *in plurali* ce ont faict eulx; *hoc ego feci. hoc tu fecisti; hoc ille fecit, plur. hoc illi fecerunt &c. Sic in omnibus modis & temporibus, modó illud fiat in tertia persona vtriusq; numeri, dicere possumus*

III

Nonnunquam Galli istis accusatiuis me, te, se *vtun-*

vtuntur, *pro* à moy, á toy, á ſoy, *verbiſq; ſemper immediatè præponunt*, *vt*, Que me dis tu? *quid mihi dicis?* ie te di *&c. ego tibi dico*. *Item* ceſtuy lá ſe faict grand tort; *ille magnam ſibimetipſi facit iniuriam. Sic etiam in plurali vt*, Nous vous ſeruirons fidelement, á ceſte condition que vous nous paierez noz gages certainement; *hac cõditione vobis fideliter inſeruiemus, vt ſtipendia noſtra pro certo nobis perſoluatis*. *Item* ilz ſe promettent monts & vaults; *montes & valles ſibi pollicentur*. *Poſt verbum verò Gallicum* moy, toy, ſoy; *& in plurali* nous, vous, leur; *loco*, *mihi*, *tibi*, *ſibi*, *& me*, *te*, *ſe*, *vtuntur*, *vt*, Di moy, qu'il te fault; *dic mihi quid opus habeas*. *Item* Cerche toy les richeſſes, leſquelles ne periſſent iamais; *quære tibi illas diuitias, quæ nunquam pereant*. *& in plurali* Dittez nous; *dicite nobis*. Cerchez vous; *quærite vobis*.

IIII

Cauendũ eſt, *ne cùm pronomine* ſoy, *vtimur*, *illud ponatur vllibi*, *niſi in fine periodi*, *præſertim verò ſi cum præpoſitione* auec *iungatur*, *aliter verò per* ſe, *ſæpe effertur*. *vt*, le ſage porte tout auec ſoy; *ſapiens omnia fert ſecum*.

Item

Item Il ſe recommande bien à vous; *Ille ſe tibi commẽdat.* *Nonnũquã etiam eius vicẽ gerit pronomen* eulx, *iunctum cum præpoſitione* entre; *inter.* *at illud fit in plurali tantùm, vt,* Amys ont tout commun entre eulx; *amici omnia inter ſe habent communia.*

V

Hæc pronomina demonſtratiua moy, toy, ſoy, luy, *& in plurali* nous, vous, ſoy, eulx, *aliquando componũntur cum particula* meſme, *quæ tantùm valet, quantùm apud Latinos met, vt,* moymeſme, toymeſme, ſoymeſme, luymeſme; *egomet, tumet, ſemet, ipſemet.* *& in plurali,* nousmeſme, vousmeſme, eulxmeſme; *noſmet, voſmet, ipſimet.* *Nonnunquam etiam hæc particula* meſme, *nominis relationem ſignificat, vt,* Iehan s'en eſt allè en France, & le meſme Iehan eſt reuenu; *Iohannes profectus eſt in Galliã & ipſe Iohannes rediit.*

VI

Ceci & cela; *hoc & illud, quemadmodum ſupra pagina* 31. *iam docui, ſunt compoſita, quæ nunquam nominibus iunguntur: non enim dicimus* ceci teſte, cela corps; *quoniam ſimpliciter ſine nomine efferuntur, & in ſingulari tantùm, vt,* ceci eſt bon, & cela eſt mauuais *hoc eſt bonum, & illud eſt malum.*

VII

VII

Diuiduntur interdum hæ voces ceci, *&* cela, *scilicet cum nomen expressum & non subintellectum interponitur, vt,* ce liure ci est mien; *hic liber est meus.* ce tranche plume là est tien; *ille cultellus est tuus. Item* cest homme ci; *hic vir.* cest argent là; *illud argentum, cùm sequens dictio incipit á vocali, vt supra pag.* 2[illegible]. *satis dilucidè ostendi.*

VIII

Notandum est particulam cy, *propinquitatem notare.* lá *verò distantiam aliquam, resq; paululum remotas, eas tamen, quas videre possumus, vt,* voicy vn bel enfant; *hic est egregius adolescens, de illo quem tangere possumus.* Voilà vn mauuais garson; *ibi est puer nequam, de illo quem cernere possumus, verùm tangere nequimus.*

IX

Postremò hæc pronomina cestuy-ci, celuy-là *& plur.* ceux-ci, ceux-là. *Item* ceste-ci, ceste-là, *& plur.* cestes-ci, cestes-là, *nunquam nominibus substantiuis iunguntur, sed*

ſimpliciter & per ſe efferuntur, vt, ceſtuy-ci eſt beau; *iſte eſt formoſus.* ceſtuy-lá eſt laid; *ille eſt deformis. Et in plurali,* ceux-ci ſont meilleurs que ceux lá; *hi ſunt meliores illis, ſupple fructus.* ceſte-ci eſt bonne, mais ceſte-lá eſt meilleure; *hæc eſt bona, verúm illa melior. Et in plurali,* ceſtes-ci ſurpaſſẽt celles-lá en beautè; *hæ antecellunt illas in formæ pulchritudine. In quibus ſemper nomẽ ſubintelligas oportet: hæc enim pronomina cõpoſita ſemper efferuntur, ſine expreſſo nomine ſubſtantiuo, niſi illa diuidantur, quemadmodum ſupra pagina 27. demonſtraui: iam ſequuntur pronomina poſſeſſiua.*

DE PRONOMINIBVS Poſſeſſiuis.

Pronomina hæc quinq; meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, dupliciter apud Gallos in vtroq; genere & numero efferuntur, quemadmodum ſupra pagina 23. videre eſt. Primò enim per mon, ton, ſon, noſtre, *&* voſtre, *in ſingulari, &* mes, tes, ſes, noz *&* voz *in plurali. Et in fœminino genere per* ma, ta, ſa, noſtre *&* voſtre. *plurales ſimiles eſt plurali maſculini generis, vt,* mes, tes, ſes, noz *&* voz. *Quæ pronomina nunquam efferuntur,*

nisi rei possessæ & expressæ præponantur. vt, mon pere, ma mere; ton pere, ta mere *&c. non autem* pere mon, mere ma; pere ton, mere ta. *neq; cùm interrogaberis, hoc modo*, á qui est ce liure, *simpliciter respondebis* mō, ton, son. *Secundò per* mien, tien, sien; nostre *&* vostre, *in plurali* miens, tiens, siens, nostres *&* vostres. *Et in fœminino* miene, tiene, siene; nostre *&* vostre, *in plurali* mienes, tienes, sienes; nostres & vostres. *Hæc autem pronomina semper efferuntur, vel post rem possessam, vel simpliciter absq; expresso nomine substantiuo, id est relatiuè; vt*, ce liure est mien: *hic liber est meus.* ceste plume est tiene; *hæc penna est tua. Item in plurali*, ces liures sont nostres: *hi libri sunt nostri.* ces plumes sont vostres: *hæ pennæ sunt vestræ. & sic in reliquis. Eorum autem declinationem non omittendam esse censui; idcircò breuiter eam percurram.*

DECLINATIO PRONOMINUM Possessiuorum absolutorum.

Meus.

S.	N. mon.	Pl.	N. mes.
	G. de mon		G. de mes.
	D. á mon.		D. à mes.

Tuus.

S.	N. ton.	P.	N. tes.
	G. de ton.		G. de tes.
	D. á ton.		D. à tes.

Suus

S.	N.ſon.	P.	N.ſes.
	G. de ſon		G.de ſes
	D.á ſon.		D.á ſes.

Noſter & noſtra *ſub vnica tantúm terminatione.*

S.	N.noſtre.	P.	N.noz.
	G.de noſtre		G.de noz.
	D.á noſtre.		D.à noz.

Veſter & veſtra *ſub vna quoq; terminatione.*

S.	N.voſtre.	P.	N.voz.
	G. de voſtre.		G.de voz.
	D.á voſtre.		D.á voz.

Mea.

S.	N.ma.	P.	N.mes.
	G.dema.		G.de mes.
	D.à ma.		D.à mes.

Tua.

S.	N.ta.	P.	N.tes.
	G.de ta.		G.de tes.
	D.à ta.		D.à tes.

Sua.

S.	N.ſa.	P.	N.ſes.
	G.de ſa.		G.de ſes.
	D.à ſa.		D.à ſes.

DECLINATIO PRONOMINVM Possessiuorum *relatiuorum.*

Meus.

S.	N. le mien.	P.	N. les miens.
	G. du mien.		G. des miens.
	D. au mien.		D. aux miens.

Tuus.

S.	N. le tien.	P.	N. les tiens.
	G. du tien		G. des tiens.
	D. au tien.		D. aux tiens.

Suus.

S.	N. le sien.	P.	N. les siens.
	G. du sien		G. des siens.
	D. au sien.		D. aux siens.

Noster.

S.	N. le nostre.	P.	N. les nostres.
	G. du nostre		G. des nostres.
	D. au nostre		D. aux nostres.

Vester.

S.	N. le vostre.	P.	N. les vostres.
	G. du vostre		G. des vostres.
	D. au vostre.		D. aux vostres.

Mea

Mea.

S.	N. la miene.	Pl.	N. les mienes.
	G. de la miene.		G. des mienes.
	D. á la miene.		D. aux mienes.

Tua.

S.	N. la tiene.	P.	N. les tienes.
	G. de la tiene.		G. des tienes.
	D. á la tiene.		D. aux tienes.

Sua.

S.	N. la ſiene.	P.	N. les ſienes.
	G. de la ſiene		G. des ſienes.
	D. à la ſiene.		D. aux ſienes.

Noſtra.

S.	N. la noſtre.	P.	N. les noſtres.
	G. de la noſtre.		G. des noſtres.
	D. à la noſtre.		D. aux noſtres.

Veſtra.

S.	N. la voſtre.	P.	N. les voſtres.
	G. de la voſtre.		G. des voſtres.
	D. à la voſtre.		D. aux voſtres.

OBSERVATIONES PRONOminum Possessiuorum.

I

De pronominibus Possessiuis, quomodo absolutè item relatiué efferantur, satis me iam dixisse arbitror: interim tamen notabit huius linguæ studiosus, Gallos dicere à la miene volontè; vn mien amy, *pro* à ma volonté, vn amy mien. *Verùm ex vsu (quem nemo corrigere potest) magis quàm ex arte.*

II

